



**Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

LXII. De electione Officialium, & Familiarium in Provincia Rom. FF.  
Recollectorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

Preces Regis  
Catholici.

terea injungendum Nuncio Apostolico Hispaniarum, quatenus ita exequi curet. Roma 24.  
Martii 1695. - G. Cardinalis Carpinus -- A. Al-  
tuinus Secretarius.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præ-  
sentium Literarum transumptis, seu exemplis,  
etiam imprecis, manu alicuius Notarii publici  
subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica di-  
gnitate constituta munitis, eadem prorsus fides  
ubique locorum habeatur, tam in Judicio quam  
extra illud, quæ haberetur ipsiis præsentibus, si  
forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem  
sub Annulo Piscatoris die XIV. Augusti  
MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Confirmatio  
relati Decre-  
ti.

Clauſula.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte Charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, per dilectum Filium Nobilem Virum modernum Ducem de Medina Celi ipsius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem Nobis subinde expositum fuit, idem Carolus Rex præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostra patrocinio communiri summopere desideret: Nos piis dicti Caroli Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, supplicationibus ejusdem Caroli Regis Nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præsentum, au-  
toritate Apostolica tenore præsentum appro-  
bamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intellexerint, supplemus.

§. 2. Decernentes easdem præfentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suos plenarios, & integros effectus fortini, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabili, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab illis res-  
pective inviolabiliter observari: sive in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caſarum Palati Apostolici Auditores, judi-  
cari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si se-  
cūs super his a quoquam quavis auctoritate scien-  
ter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Quocirca Venerabili Fratri Friderico Ar-  
chiepiscopo Mediolanen. moderno, & pro tem-  
pore existenti Nostro, & Apostolicæ Sedis in  
Regnis Hispaniarum hujusmodi Nuncio per præ-  
fentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios ipsas præfentes Literas, & in eis contenta quæcumque ubi, &  
quando opus fuerit, & quories pro parte inter-  
esse in præmissis habentum, seu alicuius eorum  
desuper fuerit requisitus, solemniter publicis il-  
lisque in præmissis efficacis defensionis præsidio  
assistens, faciat auctoritate Nostra illos, & eorū  
quilibet præsentium Literarum, & in eis  
contentorum eorumdem commodo, & effectu  
pacifice frui, & gaudere, non permittens illos  
desuper a quoquam quavis auctoritate quomodo-  
libet indebet molestatari, perturbari, vel in-  
quietari. Contradictores quoilibet, & rebelles  
per Sententias, Censuras, & poenas Ecclesiasti-  
cas, aliaque opportuna Juris, & facti remedias,  
appellatione postposita, compescendo, ac legitimi-  
mis super his habent. servatis Processibus, Cen-  
suras, & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus ag-  
gravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit,  
auxilio Brachii Sacularis.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac fel. rec.  
Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris Nostri de una, &  
& Concilii Generalis de duabus dictis, dummo-  
do ultra tres dietas aliquis vigore præsentium  
in Judicium non trahatur, aliique Constitutio-  
nibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon  
quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis  
hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione  
Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis,  
Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque,  
Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium  
præmissorum quomodolibet concessis, confirma-  
tis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis,  
illorum tenores præsentibus pro plene, & suffi-  
cienter expressis, ac de verbo ad verbum inser-  
tis habentes, illis alias in suo robore perman-  
fus, ad præmissorum effectum hac vice dum-  
taxat specialiter, & expresse derogamus, cæ-  
rifque contrariais quibuscumque.

Confirmatur Decretum Ministri Generalis FF.  
Min. S. Francisci Reform. de electione Guar-  
dianorum, aliorumque Officialium, necnon  
familiarium pro Conobiis recollectorum Pro-  
vinciæ Romanæ.

Inn. XI. Conf. ed. 1685. Apr. 16. P. 9. agitur de  
electione Officialium in Hispania. Et Clem. XI.  
Conf. ed. 1705. Mar. 12. P. 5. de Procuratore  
Gener.

## INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 12. Sept.  
1695. An. 5.

A Lias pro parte dilectorum filiorum Guar-  
diani, & Discretorum Conventus S. Bonaventuræ  
de Urbe Ordinis Fratrum Minorum  
Sancti Francisci de Observantia Reformatorum  
nuncupatorum nobis exposito, quod cum apud  
eos in more positum reperiatur, ut pro tem-  
pore exiftens Guardianus dicti Conventus tam-  
quam præfati, & aliorum Provinciarum  
dioti Ordinis pro Recollectione, seu secessu Fra-  
trum Reformatorum Ordinis hujusmodi assignatorum  
Conventuum Director, singulis annis  
occasione celebrationis Capituli Provincialis, seu  
Congregationis dicta Provincia duos, aut tres  
Religiosos pro quolibet Conventum hujusmodi  
di Diffinitorio ejusdem Provinciae præsentaret,  
& ex iis unus arbitrio ipsius Diffinitorio unicuique  
ex Conventibus præfatis in Guardianum  
respective, præficaretur, necnon ulterius idem  
Guardianus Director folium quoddam nōmina  
Religiosorum præ ceteris omnibus diotorum  
Conventuum Officiis aptiorum, ac in eis de  
familia respective collocandorum continens dicto  
Diffinitorio similiiter exhiberet: folium vero hu-  
jusmodi a memorato Diffinitorio approbaretur,  
ac subinde a pro tempore existente Ministro  
Provinciali Provincia supradicta subscriptum ipsi  
Guardiano Directori, adhoc ut ab eo executio-  
ni demandari posset, restitueretur; Mos hujus-  
modi plurium annorum spatio ob plenam,  
quam idem Guardianus Director de suis Sub-  
ditis, eorumque qualitatibus notitiam habet,  
cum maxima Religiosorum secessus hujusmodi  
pace, & tranquillitate servatus fuerat. Et in  
eadem expositione subiuncto, quod idem Guar-  
dianus, & Discreti verebantur ne progressu  
temporis probatum hunc morem in Divini ser-  
vitii, ac religiosa quietis perniciem variari, seu  
mutari contingeret; ac proinde pro eorum parte  
Nobis supplicato, quatenus eundem morem  
de cetero ab iis, ad quos spectat, & pro tem-  
pore spectat, inviolabiliter servari mandare-  
mus: Nos ejusmodi gratia concessionem per re-  
scriptum nostrum cum facultatibus necessariis  
remisimus arbitrio dilecti filii Bonaventura Poerii  
Ministri Generalis Ordinis supradicti, qui  
ejusdem rescripti vigore Decretum in præmissis  
edit tenoris, qui sequitur, videlicet: Fr. Bo-  
naventura Poerius Lector Jubilatus, totius Ordinis  
Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Mi-  
nister Generalis, necnon auctoritate Sanctiss.  
D.N. Papæ XII. Commissarius Apostolicus,  
Servus &c.

Mos invale-  
rat, ut Guar-  
dianus S. Bo-  
naventuræ  
folium Guar-  
dianorum,  
aliorumque  
Officialium,  
nec non fa-  
miliarum  
Diffinitorio  
præsentaret.

Decretum  
Ministri Ge-  
ner. confi-  
mans præ-  
morem cum  
aliqua refor-  
matione.

§. 1. Cum

1695.

**S. 1.** Cum amantissimi Fratres nostri Conventus Recollectionis, seu Recessus S. Bonaventurae de Urbe in pacifica sive consuetudine, quod Guardianus ipsorum, tamquam Director totius Recollectionis hujusmodi, solitus sit singularis Capitulis, & Congregationibus intermediis praesentare Provinciae nostrae Reformatae Romanas duos, vel tres Fratres pro dicto, sicut, & aliis ejusdem Recollectionis Conventibus, ut de eorumdem numero unus pro unoquoque Conventu dictae Recollectionis ad arbitrium Patrum Diffinitiorii praeferiatur in Guardianum prefataque consuetudine tali se Fratres ab ambitione remotos sine querela in humilitate, magna pace, & edificatione conservent: Hinc est, quod Sanctiss. D. N. parentes Oraculo, quod ad hunc effectum ad Nos fuit directum, ut retroscripto Libello, & Apostolice potestatis plenitudine pro hac parte Nobis commissa utentes, hac nostra in perpetuum valitura Constitutione disponimus, mandamus, & ordinamus, ut circa memoratam consuetudinem sequentia inviolabiliter observentur. Instante in primis tempore quo supradictae presentaciones Diffinitorio sunt facienda, quatuor, aut quinque diebus ante convocabit Guardianus Conventus Sancti Bonaventurae de Urbe omnes suos Discretos, tractatus cum illis mature super idoneitate Fratrum diversorum, qui in praedictis Recollectionis, seu Recessus Conventibus reperiuntur, & magis centuriae idonei ad Guardianatum dicti S. Bonaventurae Conventus.

**S. 2.** Deinde quinque, vel sex de aptioribus ex illis assumptis praesentabit toti Communici, quae simul cum Discretis (qui quidem in omnibus supra, & ad infra dictis voce activa, & passiva debent gaudere, servata tamen forma nostrarum Generalium Constitutionum, & Decretorum Apostolicorum tenore) per secreta suffragia, ac ballotationes, duos, vel tres Diffinitorio praesentandos eligit, ut unus ex eis ab eodem Diffinitorio libere, & canonice in Domino in Guardianum dicti Conventus S. Bonaventurae eligi valeat. In casu autem, quo vota sint paria sicut novum scrutinium, & data paritatem per duas vices, recursus habebitur ad Ministrum Generalem, vel Generalem Praelatum qui ex illis duos vel tres designabit praesentandos Capitulo, sive Congregationi, quos judicaverit in Domino existere digniores. Quod ad presentaciones vero ceterorum dictae Recollectionis Conventuum Guardianorum, Vicariorum, & Magistri Novitiorum sicut similiter per praefati Conventus S. Bonaventurae Discretos matura discussio, & ex illis duo, vel tres isti praesentabuntur, qui per suffragia secreta, & ballotationes Discretorum eorumdem pluralitatem reperientur habere Votorum. Si quis autem contra hanc formam a nobis de plenitude Apostolicae auctoritatis nobis in hac parte specialiter commissa dispositam, ordinatam, & stabilitam, fuerit praesentatus, aut electus: Volumus, ut ejusmodi praesentatio, & electio invalida sit, irrita, & nullius valoris, atque ad Ministrum Generalem, vel Generalem Praelatum eius provisio devolvatur, sicut devoluntur electiones Capitulares non legitime celebratae. Qui quidem Minister, vel Generalis Praelatus, utendo Jure devolutivo in illo casu, & non alias continere se debet in eligendo intra numerum praesentatum a Discretis praedicti S. Bonaventurae Conventus. Circa vero distributionem Fratrum collocandorum in praedictis Recollectionis Conventibus, pro nunc decernimus, & mandamus servari consuetudinem usque modo servatam, videlicet: ut praefatus Guardianus, sive Director praesentare, & nominare possit Religiosos pro singulis Conventibus de familia collocandos Ministro Provinciali, &

Diffinitorio Provinciae, qui quidem spectata decreta, & economica distributione ipsam in Domino confirmabit: Ceterum omnibus dicti Conventus S. Bonaventurae Fratribus districte prohibemus, ne quis praeve ad praedicta per Communiam danda suffragia audeat facere quascumque colligationes, subornationes, functiones, aut quidpiam hujusmodi. Secus praesumentes, vel minas alicui de negando suffragio intentantes, poenas in Apostolicis, & Ordinis Constitutionibus contentas incurant, alisque ad arbitrium Ministri, vel Praelati Generalis gravissime puniantur. Roma in Conventu nostro Aracelitano die quinta Augusti 1695. -- Frat. Bonaventura Poerius Minister Gener., & Commissarius Apostolicus -- De mandato sua Pater. Reverendiss. Fr. Ludovicus de la Torre Secret. Gener. Ordinis.

Præces dicti  
Guardianus,  
sive uniuersitatem  
Decretorum.

**S. 3.** Cum autem sicut Guardianus, & Decreti praefati Nobis denuo nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicae confirmationis nostra patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratias prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis, a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, Decretum praesertim a memorato Ministro Generali editum, ut praefertur cum omnibus, & singulis in eo contentis, & expressis auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus. Ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Confirmatio  
relati Decreti.

**S. 4.** Decernentes eadem praesentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, usque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respetive inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos etiam Castrorum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

**S. 5.** Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit Ordinis, & Provinciae, ac Conventuum praedictorum, aliusque quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indulsiis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficlienter expressis, ac ad verbum inferitis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, certisque contrariis quibuscumque.

**S. 6.** Volumus autem, ut earumdem praesentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem proflus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

De Guardia  
no S. Bonaventurae.

De aliis  
Guardianis,  
& Officialibus.

De aliis Reli-  
giofis.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXII. Septembris MDCXCV. Pontificatus nostri Anno Quinto.

LXIII.

Confirmatur Decretum Capituli Gen. circa electionem extra Capitulum Prioris, vel Diffinitoris Generalis Congregationis Hispanie FF. Carmelitarum.

*Extant alia Decreta pro pace in hos Religiosos servanda Conficit. edit. 1692. Novemb. 22. Pont. 2.  
& aliud Decretum circa pecunias pro Provincia Rom. Clemens XI. Conficit. edit. 1710. Septem. 26. Pont. 10.*

Dat. 8. Oct.  
1695. An. 5.

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad futuram rei memoriam.*Causa d. De-  
creti.Decretum  
Capituli  
Gen.Præc. Præ-  
curatoris  
Generis.

**E**xponi Nobis nuper fecit dilectus Josephius a Sanctissimo Sacramento Procurator Generalis Congregationis Hispanie Fratrum Ordinis Beatae Mariae de Monte Carmelo Excalceatorum, quod cum in Congregatione prefata juxta ejus Constitutiones a Sede Apostolica approbatas Diffinitorum Generale ex Priore Generali, sex Diffinitoribus Generalibus componatur, in eventum vero, quo intra tempus, quod ab uno Capitulo Generali ejusdem Congregationis ad aliud intercedit, mors, seu vacatio ipsius Prioris Generalis, seu alicuius ex Diffinitoribus Generalibus prefatis sequatur, electio Vicarii Generalis, seu Diffinitoris subrogandi usque ad futurum Capitulum Generale juxta Constitutiones prefatas, ad Religiosos in eodem Diffinitorio Generali superstites pertineat, eoque casu facile contingere possit, ut Diffinitorio hujusmodi ad sex personas redactio, Vota, seu suffragia in æquales partes dividantur, ac propterea electio concludi nequeat; ideo ad tollenda qualibet inconvenientia, quæ exinde oriri possent, in tribus Capitulis Generalibus ejusdem Congregationis successive, ac præsertim in novissime celebrato anno 1694, editum fuit, ac juxta easdem Constitutiones vim legis obtinuit, Statutum tenoris, qui sequitur, videlicet--In casu, quo in Diffinitorio facienda sit electio Vicarii Generalis aut Diffinitoris Generalis, & sex Vota Diffinitorii competrunt divisa in æquales partes, & ob divisionem impeditur procedere ad electionem, aut post illam sequitam, permanent pariter divisa in æquales partes, aut ad effectum habendi electionem pro legitima, aut illam confirmandi, determinatum fuit, ut in quocumque ex ipsis casibus in tres pro septimo Voto decisivo Pater Provincialis antiquior in professione inter eos, qui terminarunt suum Officium triennio immediate antecedenti, in cuius defectum, aut eo impedito Provincialis, qui subsequitur, qui expectetur, ut cum Votis inæqualibus dubium decidatur, quique expleta ista functione non habeat ulterius Votum in Diffinitorio.

**J.**. 1. Cum autem, sicut eadem Expositio subjungebat, dictus Josephus Procurator Generalis, Statutum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolica confirmationis nostra patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Josephum Procuratorem Generalem specialis favore gratia prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc

humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Praepostorum, qui relatione Venerabilis Fratris Nostri Pauli Episcopi Prænestini ejusdem S. R. E. Cardinalis de Alteris nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris sibi super præmissis factam, & dilectum filium modernum Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis audierunt, consilio, præsertum Statutum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illaque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervererint, supplemus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

**J. 2.** Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenari.

**J. 3.** Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis Hispaniae, & Ordinis prætorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenore præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inseritis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, certisque contraria quibuscumque.

**J. 4.** Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constitute munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibetæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die VIII. Okt. MDCXCV. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Extenditur Constitutio Innoc. XI. de erectione Confraternitatum Congregationis Doctrinæ Christianæ in Gallia.

*Hac Constitutio edita fuit 1688. Aug. 28. P. 12.*

INNOCENTIUS PAPA XII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

LXIV.

Dat. 17. Okt.  
1695. An. 5.

**E**xponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Iosephus Bellisen. Procurator Generalis Congregationis Doctrinæ Christianæ in Gallia quod alias fel. rec. Innocentius PP. XI. prædecessor noster per quasdam suas in simili forma Brevis Literas die 28. Augusti 1688. expeditas, ut in singulis Civitatibus, Oppidis, seu locis ejusdem Gallæ, in quibus dicta Congregatio Domos tunc habebat, seu de cetero habuisset, una Confraternitas

Epilogus Constitutio-  
nis, qua con-  
cessa fuit fa-  
cile eri-  
gendi dd.  
Confrater-  
nates, ubi  
Congregatio  
domos habe-  
ret.